



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

57 Parochus, quando in reparatione suae ecclesiae ad tertiam sumptus  
partem teneatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

pensionum, apponunt clausulam, quod dicitur bene, et sub suo degentibus Imperio fabricandi centum remaneant liberi pro rectore, & illud verbum, et liberi, habet latam

<sup>56</sup> significationem, quod sunt integri sine diminutione deductis oneribus, & expensis in illis recolligendis gloss. in cap. gravis. in ver. fructus, de restit. spol. l. 1. & ibi Paul. de Castr. C. de fruct. & lit. expens. Bald. in cons. 53. in fin. 62 volum. 1. &c computantur respectu utilitatis, quae habetur in apportatis in absentia. Staphil. de grat. expectat, numer. 64. & 65.

Si autem tibi agatur de reparatione ecclesiae parochialis, quae pauca indigeat restauratione, tempore, incrustatione, dealbatione, in aliqua muri parte restauratione, & his similibus, careatque paramentis, & aliis ad ornatum, & usum altaris, vel sacrificiis necessariis, tunc parochus usque ad tertiam partem sumptus, qui erunt subministrandi, taxari poterit, & condemnari, vel eidem parochio portio calices, paramenta, mappas, corporalia, & purificatoria comparanda concernens, poterit assignari. Quaenam enim parochus ex parochiali percipiat ultra ducatos centum, non propterea parochiani a fabrica, & restauratione parochialium sunt exempti, sed regulariter ipsi totum, vel partem contribuere tenentur; & a viris prijs secularibus

<sup>58</sup> præcipue tibi parochiales ecclesiae, impensa Universitatum fabricantur c. futuram, §. ab illo 12. qu. 1. cap. nemo Ecclesian, & c. si que de consecr. dist. 1.

Nam tibi Constantinus primus fabricam templi primæ Sedis Beati Petri instituit, adeo ut sedem imperialem relinquoret Beato Petro, successoribusque suis post futuram, licentiamque per universum or-

<sup>61</sup> Qui propter tibi ecclesiarum numerus fuit postea ab Imperatoribus, aliquique principibus, ac priis viris auctus, & quotidie Deo benedicente augetur. auth. ut de term. sit num. cler. colum. 1. quando vero ecclesia tibi per aliquem aedificatur, debet tantas de ei constitui, ut presbyteri, & alii ecclesiæ inservientes possint sustentari, lumina habeti, hospites recipi, & jura Episcopalia perfolvi, ut inquit Bart. in dict. auth. nu. 1. auth. ut nul. f. bric. orat. dom. col. 5. & facit text. in c. 2. §. ubi autem de decim. in 6. & c. 1. de prob. eod. lib.

<sup>63</sup> Cum enim, tibi qui altari servit, de altari viverè debeat. cap. ex his. 12. qu. 1. & c. cum secundaum. de prob. non sunt parochialium Ecclesiarum Rectoribus alimenta, ad eorum statum necessaria, minuenda, quia, os bovi trituranti non est alligandum. Deut. cap. 25 c. ecclesias. vers. item non alligabitur. 13. quæst. 1. & c. extripanda vers. cum igitur de prob.

<sup>64</sup> Secundò casu, quando redditus parochialis consistunt tantum in decimis, & primitiis, ex quibus parochus non recipit certum, & determinatum redditum singulis annis, informationes summariae a viris non suspectis in actu visitationis sunt sumenda: & anno fertili cum sterili, per quinquennium tunc proxime elaptum, calculato, ut redditus ecclesiastici calculari, & communiter estimari solent, ut post Bar. Abb. Felyn. & alios, quos citat, tenet Gomes. in reg. de val. exprim quæst. ult. si redditus parochialis annis singulis summam centumducorum excedunt, tunc parochus modo, quo supra concur-

Ecc. rere